

*Has inter trinas sibi iure dicavit Olympus,
 In quibus insculpta est cernere iura Dei.
 Sed venit ex alto tempestas saeva Tonantis,
 Quae subito in praeceps de tribus vna ruit.
 Materies adamantis erat; quadrique figura;
 Materiem summae vicerat artis opus.
 Sit nunc prima Deum crescentis cura laboris,
 Sacra ruat fulcro ne spoliata Domus,
 Atlanti similis veniat DEMATIVS alter,
 Qui par sit tantas sustinuisse minas.*
 A. M. A SCHVRMAN.

* * * * *

ELOGIA

NOBILISSIMAE VIRGINIS,
 ANNAE MARIAE
 A SCHVRMAN,

Typographus Lectori.

*Nomina Auctorum qui nobilissimam istam virgi-
 nem commendarunt scriptis publicis et priuatis,
 secundum literarum initialium ordinem, sine
 ullius praeiudicio hic sunt disposita.*

CASPARVS BARLAEVS
 HEROICOR. LIB. III.

*Quae tibi Diua parens generis? num docta Batavis
 Te peperit Carmenta tuis? titulosque virorum,*

S 4

Do-